



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXX.De fructibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

**RESPON.** Dicendum, qd premia ista conuenientif A  
 simae assignantur considerata conditione beatitudi-  
 num secundum tres beatitudines supra assignatas.  
 Tres. n. primae beatitudines accipiuntur per retractio-  
 nem ab his, in quibus uoluptuosa beatitudo confi-  
 sit, quam ho desiderat, quaerens id quod naturaliter  
 desideratur, non ubi quaerere det. in Deo, sed in re-  
 bus temporalibus & caducis; & ideo premia trium  
 primarum beatitudinum accipiuntur secundum ea  
 quae in beatitudine terrena aliqui quaerunt. Quae-  
 runt enim homines in rebus exterioribus. scilicet, & ho-  
 noribus excellentiam quandam & abundantiam, quo-  
 rum utrumque importat regnum caelorum, per qd  
 homo consequitur excellentiam & abundantiam bo-  
 norum in Deo: & io regnum caelorum Dominus pau-  
 peribus spiritu reponit. Quae- runt autem hoies fe-  
 roces & immites per litigia & bella securitatem sibi  
 acquirere, inimicos suos destruendo; unde Dominus  
 reponit mitibus securam & quietam possessione  
 terra uiuentium, per quam significatur soliditas aeter-  
 norum bonorum. Quae- runt autem hoies in concu-  
 piscencijs, & delectationibus mundi habere co-  
 solatione co- tra praesentis uitae labores. & ideo Dns co-  
 solationem nitę lugentibus reponit. Alia uero duae  
 beatitudines pertinent ad opera actiue beatitudines,  
 quae sunt opera uirtutum ordinatum hominem ad  
 proximum, a quibus operibus aliqui retrahuntur p-  
 pter inordinatum amorem proprii boni. & ideo Do-  
 minus attribuit illa premia his beatitudinibus, ppter  
 quae hoies ab eis diuertunt. Discedunt. n. aliqui ab o-  
 peribus iustitiae non reddentes debitum, sed potius a-  
 lienam rapiunt, ut bonis temporalibus impleantur:  
 & ideo Dominus esurientibus iustitiam, saturitatem  
 reponit. Discedunt etiam aliqui ab operibus mise-  
 ricordie, ne se immisceant miseris alienis: & ideo Do-  
 minus misericordibus reponit misericordiam, per  
 quam ab omni miseria liberentur. Alie uero duae  
 ultimas beatitudines pertinent ad contemplatiuum  
 felicitatem seu beatitudinem, & io secundum conue-  
 nientiam dispositionum, quae ponuntur in merito,  
 premia redduntur, nam munditia oculi disponit ad  
 clare uide- dum, vñ mundis corde diuina uisio repro-  
 mittitur. Constat uero pacem uel in seipso, uel in  
 ter alios, manifestat hoem esse Dei imitatore, qui  
 est Deus unitatis & pacis. & ideo pro pmijs redditur  
 ei gloria diuine filiationis, quae est in perfecta coniu-  
 ctione ad Deum per sapientiam consummatam.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod sicut Chry-  
 sostomus dicit, Omnia premia ista unum sunt in re. scilicet, beatitu-  
 do aeterna, quam intellectus humanus non capit: &  
 ideo oportuit quod per diuersa bona nobis nota, de-  
 scriberetur obseruata conuenientia ad merita, quib.  
 premia attribuuntur.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod sicut octaua bea-  
 titudo est firmitas quaedam omnium beatitudinum,  
 ita debentur sibi omnium beatitudinum premia, &  
 ideo redit ad caput, ut intelligantur sibi consequen-  
 ter omnia premia attribui. Vel secundum \* Am-  
 brof. pauperibus spiritu reponitur regnum coe-  
 lorum, quantum ad gloriam animae, sed passis per-  
 sectionem in corpore, quantum ad gloriam cor-  
 poris.

**AD TERTIVM** dicendum, quod et premia se-  
 cundum additionem se habent adinuicem, na plus  
 est possidere terram regni caelorum, q simpliciter ha-  
 bere, multa enim habemus, q non firmiter & pacifi-  
 ce possidemus. Plus est etiam consolari in regno, q  
 habere & possidere, multa enim cum dolore posside-  
 mus. Plus est etiam saturari, quam simpliciter conso-

lari: nam saturitas abundantiam consolationis im-  
 portat. Misericordia uero excedit saturitatem, ut plus  
 scilicet homo accipiat, quam meruerit, uel desidera-  
 re poterit. Adhuc autem maius est Deum uidere  
 sicut maior est qui in curia regis non solum prandet  
 sed etiam faciem regis uidet. Summam autem digni-  
 tatem in domo regia filius regis habet.

QVAESTIO LXX.

De fructibus Spiritus sancti, in quatuor  
articulos diuisa.

**DE** INDE considerandum est de fructibus.

**ET** CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ **Primò**, Vtrum fructus Spiritus sancti sint  
actus.

¶ **Secundò**, Vtrum differant a beatitudinibus.

¶ **Tertiò**, De eorum numero.

¶ **Quartò**, De oppositione eorum ad opera carnis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fructus Spiritus sancti, quos Apostolus no-  
minat ad Galat. 5. sint actus.

**AD PRIMVM** sic proceditur. Videtur, quod  
 fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nomi-  
 nat ad Galat. 5. non sint actus. Id enim cuius est alius  
 fructus, non debet dici fructus, sic enim in infinitum  
 iretur; sed actuum nostrorum est aliquis fructus. di-  
 citur enim Sapient. 4. Bonorum laborum gloriosus  
 est fructus. Et Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit,  
 & fructum congregat in uitam aeternam. ergo ipsi  
 actus nostri non dicuntur fructus.

¶ **2. Præterea**, Sicut Aug. dicit in 10. de \* Tri. Fruimur co-  
 gnitis, in quibus uoluntas ipsa delectata conuiescit:  
 sed uoluntas nostra non det conuiescere in actibus  
 nostris pp se. ergo actus nostri fructus dici non debet.

¶ **3. Præterea**, Inter fructus Spiritus sancti enumeran-  
 tur ab Apostolo aliqua uirtutes. scilicet, charitas, mansue-  
 tudo, fides, & castitas; uirtutes autem non sunt actus,  
 sed habitus, ut supra dictum est. ergo fructus non  
 sunt actus.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Matt. 12. Ex fructu  
 arbor cognoscitur, id est ex operibus suis homo, ut  
 ibi exponitur a sanctis. ergo ipsi actus humani dicun-  
 tur fructus.

**RESPON.** Dicendum, quod nomen fructus a cor-  
 poralibus ad spiritualia est translatum. Dicitur autem  
 in corporalibus fructus id, quod ex planta produci-  
 tur, cum ad perfectionem peruenerit, & quandam in se  
 suauitatem habet. Qui quidem fructus ad duo copari  
 potest. scilicet, ad arborem producentem ipsum, & ad  
 hominem qui fructum ex arbore adipiscitur. secundum  
 hoc igitur, nomen fructus in rebus spiritualibus  
 dupliciter accipere possumus. Vno modo, ut dicatur  
 fructus hominis quasi arboris id, quod ab eo produci-  
 tur. Alio modo dicatur fructus hominis id, quod ho-  
 mo adipiscitur; non autem omne id quod adipiscitur  
 homo, habet rationem fructus, sed id quod est ultimū  
 delectationem habens. Habet. n. homo agrum, & ar-  
 borem, quae fructus non dicuntur, sed solum id quod est  
 ultimū, quod. scilicet, ex agro & arbore homo intrēdit ha-  
 bere: & secundum hoc fructus hominis dicitur ulti-  
 mus hominis finis, quo debet frui. Si autem dicatur  
 fructus hominis id, quod ex homine produci-  
 tur, sic ipsi actus humani fructus dicuntur. Operatio. n. est  
 actus secundus operantis, & delectationem habet, si

Prima Secunda S. Thomae.

fit conveniens operanti . Si igitur operatio hominis procedat ab homine secundum facultatem suae rationis, sic dicitur esse fructus rationis: si vero procedat ab homine secundum altiorem uirtutem, quae est uirtus Spiritus sancti, sic dicitur esse operatio hominis fructus Spiritus sancti, quasi cuiusdam diuini seminis. Dicitur in 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum fructus habeat quodammodo rationem ultimi & finis, nihil prohibet alicuius fructus esse alium fructum, sicut finis ad finem ordinatur. Opera igitur nostra in quantum sunt effectus quidam Spiritus sancti in nobis operantis, habent rationem fructus: sed in quantum ordinantur ad finem uitae aeternae, sic magis habent rationem florum, unde dicitur Eccles. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur uoluntas in aliquo propter se delectari, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum quod ly, propter, dicit causam finalem, & sic propter se non delectatur aliquis nisi in ultimo fine. Alio modo secundum quod designat causam formalem, & sic propter se aliquis potest delectari in omni eo, quod delectabile est secundum suam formam: sicut patet quod infirmus delectatur in sanitate propter se, sicut in fine: in medicina autem suauis non sicut in fine, sed sicut in habente saporem delectabilem: in medicina autem auferri nullo modo propter se, sed solum propter aliud. Sic igitur dicendum est, quod in Deo delectari debet homo propter se, sicut propter ultimum finem: in actibus autem uirtuosus non sicut propter finem, sed propter honestatem, quam continet delectabile in uirtuosus, unde Ambr. dicit \* quod opera uirtutum dicuntur fructus, quia suos possessores sancta & sincera delectatione reficiunt.

AD TERTIVM dicendum, quod nomina uirtutum sumuntur quandoque pro actibus earum, sicut Aug. dicit, quod fides est credere quod non uides: & charitas est motus animi ad diligendum Deum & proximum, & hoc modo sumuntur nomina uirtutum in enumeratione fructuum.

ARTICVLVS II.

Utrum fructus a beatitudinibus differant.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vt, quod fructus a beatitudinibus non differant. Beatitudines enim attribuantur donis, ut supra dictum est: sed dona perficiunt hominem secundum quod mouetur a Spiritu sancto, ergo beatitudines ipsae sunt fructus Spiritus sancti. ¶ 2 Præ. Sicut se habet fructus uitae aeternae ad beatitudinem futuram, quae est rei, ita se habent fructus praesentis uitae ad beatitudinem praesentis uitae, quae est spei: sed fructus uitae aeternae est ipsa beatitudo futura, ergo fructus uitae praesentis sunt ipsae beatitudines.

¶ 3 Præ. De ratione fructus est, quod sit quiddam ultimum & delectabile: sed hoc pertinet ad rationem beatitudinis, ut supra dictum est: ergo eadem ratio est fructus, & beatitudinis, ergo non debent abinuicem distingui.

SED CONTRA. Quorum species sunt diuersae, ipsa quoque sunt diuersae: sed in diuersas partes diuiduntur & fructus, & beatitudines, ut patet per enumerationem utrorumque: ergo fructus differunt a beatitudinibus.

RESPON. Dicendum, quod plus requiritur ad rationem beatitudinis, quam ad rationem fructus, nam ad rationem fructus sufficit, quod sit aliquid habens rationem ul-

timi & delectabilis: sed ad rationem beatitudinis ultra requiritur, quod sit aliquid perfectum, & excellens, unde omnes beatitudines potest dici fructus, sed non conuertitur: sunt enim fructus quaecunque uirtuosae opera, in quibus homo delectatur: sed beatitudines dicuntur solum perfecta opera, quae est ratio suae perfectionis magis attribuantur donis, quam uirtutibus, ut supra dictum est.\*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa praebet, quod beatitudines sint fructus, non autem quod omnes fructus beatitudines sint.

AD SECVNDVM Dicendum, quod fructus uitae aeternae est simpliciter ultimus & perfectus: & ideo in nullo distinguitur a beatitudine aeterna futura. Fructus autem praesentis uitae non sunt simpliciter ultimi, & perfecti, & ideo non omnes fructus sunt beatitudines.

AD TERTIVM Dicendum, quod aliquid amplius est de ratione beatitudinis, quam de ratione fructus, ut dictum est.\*

ARTICVLVS III.

Utrum fructus conuenienter enumerentur ab Apostolo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Apostolus inconuenienter enumeret ad Gal. 5, duodecim fructus. Alibi enim dicit esse tantum unum fructum praesentis uitae, secundum illud Ro. 6. Habetis fructum uestrum in sanctificatione. Et Isa. 27. dicitur. Hic est enim fructus, ut auferatur peccatum, non ergo ponendi sunt duodecim fructus.

¶ 2 Præ. fructus est, qui ex spirituali semine exoritur, ut dictum est: sed Dominus Mart. 13. ponit triplicem terrae bonae fructum ex spirituali semine promerentem, scilicet centesimum, sexagesimum, & trigentesimum, ergo non sunt ponendi duodecim fructus.

¶ 4 Præ. fructus habet in sui ratione, quod fructum & delectabile: sed ratio ista non inuenitur in omnibus fructibus ab Apostolo enumeratis. Patet enim & longanimitas uidentur in rebus contrariis esse, fides autem non habet rationem ultimam, magis rationem primi fundamenti, superflue igitur huiusmodi fructus enumerantur.

SED CONTRA. Videtur, quod insufficienter & dinute enumerentur. Dicitur enim, quod omnes beatitudines fructus dici possunt: sed non omnes hinc enumerantur: nihil enim hic ponitur ad actum sapientiae pertinens, & multarum aliarum uirtutum, ergo magis quod insufficienter enumerentur fructus.

RESPON. Dicendum, quod numerus duodecim fructuum ab Apostolo enumeratorum conueniens est, & possunt significari per duodecim fructus, de quibus dicitur Apoc. ult. Ex utraque parte fluminis lignum uitae, afferens fructus duodecim. Quia uero fructus dicitur, quod ex aliquo principio procedit sicut etiam fructus secundum diuersum processum Spiritus sancti in nobis, qui quidem processus attenditur secundum hoc, ut in primo mens hominis in seipsa conuenitur: secundo uero ordinatur ad ea quae sunt in terra, tertio uero ad ea quae sunt infra. Tunc autem bene mens hominis disponitur in seipsa, quando mens hominis bene se habet in bonis & in malis. Primum autem dispositio mentis humanae ad bonum, est per amorem, qui est prima affectio, & omnium affectionum radix, ut supra dictum est: & ideo magis fructus spiritus primo ponitur caritas, in qua ipsa mens ter Spiritus sanctus datur sicut in propria similitudine dicitur.

In li. de Para. dno, ca. 13. id innuit, 10. 4.

Serm. 27. de uerbis Apol. habetur. 1. pars huius. secunda uero lib. 3. de doct. Chrifc. 10. 10. 3. & in Euchirid. 6. 8.

Gal. 5. lectio. 9. 3. & 4. ar. 1.

9. 3. & 4. ar. 1.

dine, cum & ipse sit amor. Vnde dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ad amorem autem charitatis ex necessitate sequitur gaudium, omnis enim amans gaudet ex coniunctione amati. Charitas autem semper habet presentem Deum quem amat, secundum illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vnde sequela charitatis est gaudium, perfectio autem gaudii est pax quantum ad duo. Primum quidem, quantum ad quietem ab exterioribus conturbantibus. Non enim potest perfecte gaudere de bono amato, qui in eius fruitione ab aliis perturbatur. & iterum. Qui perfecte cor habet in uno pacatum, a nullo alio molestari potest, cum alia quasi nihil reputet unde dicitur in ps. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, quia, ab exterioribus non perturbantur, quin Deo fruuntur. Secundum, quantum ad sedationem desiderii fluctuantis, non enim perfecte gaudet de aliquo, cui non sufficit id de quo gaudet. Hanc autem duo importat pax. sicut neque ab exterioribus perturbatur, & ut desideria nostra coquiescant in uno, unde post charitatem, & gaudium, tertio ponitur pax in malis autem bene se habet mens quantum ad duo. Primo quidem, ut non perturbetur mens per imminetiam malorum, quod pertinet ad patientiam. Secundum, ut non perturbetur in dilatione bonorum, quod pertinet ad longanimitatem, nam carere bono habet rationem mali, ut dicitur in 5. Eth.

Ad id autem quod est iuxta hominem, scilicet proximum, bene disponitur mens hominis. Primum quidem, quantum ad voluntatem bene faciendi, & ad hoc pertinet bonitas. Secundum, quantum ad beneficentiae executionem, & ad hoc pertinet benignitas. dicitur enim benigni, quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciendum proximis. Tertium, quantum ad hoc, quod equanimiter tolerantur mala ab eis illata: & ad hoc pertinet mansuetudo, quae cohibet iras. Quartum, quantum ad hoc, quod non solum per iram proximis non nocemus, sed etiam neque per fraudem, uel per dolum: & ad hoc pertinet fides, si pro fidelitate sumatur, sed si sumatur pro fide, qua creditur in Deum, sic per hanc ordinatur homo ad id quod est supra se, ut scilicet homo intellectum suum Deo subiiciat, & per consequens omnia quae ipsius sunt.

Sed ad id quod infra est, bene disponitur homo, primum quidem quantum ad exteriores actiones per modestiam, quae in omnibus dictis, & factis modum obseruat, quantum ad interiores concupiscentias per continentiam & castitatem, siue haec duo distinguantur per hoc, quod castitas refranatur hominem ab illicitis, continentia uero a licitis: siue per hoc, quod continens patitur concupiscentias, sed non de ducitur, castitas autem neque patitur, neque deducitur.

Ad primum ergo dicendum, quod sanctificatio fit per omnes uirtutes, per quas etiam peccata tolluntur, unde fructus ibi singulariter nominatur propter uirtutem generis, quod in multis speciebus diuiditur, secundum quas dicuntur multi fructus.

Ad secundum dicendum, quod fructus centesimus, sexagesimus, & trigessimus non diuersificantur secundum diuersas species uirtuosorum actuum, sed secundum diuersos perfectionis gradus etiam unius uirtutis, sicut continentia coniugalis dicitur significari per fructum trigessimum, continentia uirginalis per sexagesimum, uirginalis autem per centesimum. Et alii etiam modis sancti distinguunt tres euangelicos fructus secundum tres gradus uirtu-

atis, & ponuntur tres gradus, quia cuiuslibet rei perfectio attenditur secundum principium, medium, & finem.

Ad tertium dicendum, quod hoc ipsum quod est in tristitia non perturbatur, rationem delectabilis habet, & fides etiam si accipiatur prout est fundamentum, habet quaedam rationem ultimi & delectabilis, secundum quod continet certitudinem. Vnde gl. exponit, Fides, id est, de inuisibilibus certitudo.

Ad quartum dicendum, quod sicut Augustinus dicit super epistolam ad Galatas. Apostolus non hoc ita suscepit, ut doceret quod sunt uel opera carnis, uel fructus spiritus: sed ut ostenderet in quo genere illa uitanda, illa uero sectanda sint. Vnde potuissent uel uitanda, uel etiam pauciores fructus enumerari: & tamen omnes donorum & uirtutum actus possunt secundum quandam conuenientiam ad haec reduci, secundum quod omnes uirtutes & dona necesse est quod ordinent mentem aliquo predictorum modorum. Vnde & actus sapientiae, & quorumcumque donorum ordinantium ad bonum, reducuntur ad charitatem, gaudium, & pacem. Ideo tamen potius haec, quam alia enumerauit: quia hic enumerata magis important uel fruitionem bonorum, uel sedationem malorum, quod uidetur ad rationem fructus pertinere.

ARTICVLVS IIII.

*Verum fructus Spiritus sancti contrarietur operibus carnis.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod fructus non contrarietur operibus carnis, quae Apostolus enumerat. Contraria enim sunt in eodem genere: sed opera carnis non dicuntur fructus, ergo fructus spiritus eis non contrariantur.

¶ 2. Praeterea. Vnum uni est contrarium: sed plura enumerat Apostolus opera carnis, quam fructus spiritus, ergo fructus spiritus, & opera carnis non contrariantur.

¶ 3. Praet. Inter fructus spiritus primo ponuntur charitas, gaudium, & pax, quibus non correspondet ea, quae primo enumerantur inter opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, & impudicitia, ergo fructus spiritus non contrariantur operibus carnis.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ibidem, quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

RESPON. Dicendum, quod opera carnis, & fructus spiritus possunt accipi dupliciter. Vno modo, secundum communem rationem, & hoc modo in eodem fructus Spiritus sancti contrariatur operibus carnis. Spiritus enim sanctus mouet humanam mentem ad id quod est secundum rationem, uel potius ad id quod est supra rationem: appetitus autem carnis, qui est appetitus sensitiuus, trahit ad bona sensibilia, quae sunt infra hominem, unde sicut motus sursum, & motus deorsum contrariantur in naturalibus: ita in operibus humanis contrariantur opera carnis fructibus spiritus. Alio modo possunt considerari secundum proprias rationes singulorum fructuum enumeratorum, & operum carnis, & sic non oportet, quod singula singulis contraponantur: quia sicut dictum est, Apostolus non intendit enumerare omnia opera spiritualia, nec omnia opera carnalia. Sed tamen secundum quandam adaptationem Augustinus super epistolam ad Galatas. contraponit singulis operibus carnis singulos fructus, sicut fornicationi, quae est amor explendae libidinis a legitimo coniugio solutus, opponitur charitas, per quam anima coniungitur Deo, in qua etiam est vera castitas: immunditiae autem sunt omnes perturbationes de illa for-

Prima Secunda S. Thomae. 4 nica-

In expositione c. 5. ad Gal. aliquantulum ante hanc m. 4.

Gal. 5. 16. 6. 18.

Art. praeced.

Loco citato art. praeced. ad 4.

nicatione concepta, quibus gaudium tranquillitatis opponitur. Idolorum autem seruitus, per quam bellum est gestum aduersus euangelium Dei, opponitur paci. Contra ueneficia autem, inimicitias, & contentiones, animositates, amulationes, & dissensiones opponuntur longanimitas ad sustinendum mala hominum, inter quos uiuimus, & ad curandum benignitas, & ad ignoscendum bonitas. Haresibus autem opponitur fides: inuidie mansuetudo: ebrietatibus & comestationibus continentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod id quod procedit ab arbore contra naturam arboris, non dicitur esse fructus eius, sed magis corruptio quadam. Et quia uirtutum opera sunt connaturalia rationi, opera uero uitiorum sunt contra rationem; ideo opera uirtutum fructus dicuntur, non autem opera uitiorum.

Ca. 4. par. 4. inter med. & hanc.

AD SECVNDVM dicendum, quod bonum contingit uno modo, malum uero omnifariam, ut Dionysius dicit quarto capit. de Diu. no. Vnde & uni uirtuti plura uitia opponuntur: & propter hoc non est mirum, si plura ponantur opera carnis, quam fructus spiritus.

Incorp. art.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis.

Super quest. septima secundam primam.

QVAESTIO LXXI.

De uitijs, & peccatis, in sex articulos diuisa.

IN titulo q. 71. & articulo aduer Nouicie, quod licet tractando de uirtutibus non fuerit distinctum de uirtutis habitu; & actus eius in uocabulis, quia caremus illis nominibus: tamen in hoc tractatu habemus nomina: & uirtuti quidem nomine habitum uirtutis significamus: peccati autem nomine actum ipsius uirtutis. propter quod author utrumque proponit in principio quaestionis, & in articulis distincte querit de eis. Atticus ergo esto quando de uitio, & quando de peccato est sermo.

Super quest. septuagesima prima articulu primum.

IN 1. artic. memor esto doctrinae posteriori: scilicet de peccato, & per se secundo, etiam essentialiter; & uidere poteris, quod sicut homini conuenit primo rationale, & consequenter animal, ita uirtuti sua differentia constituitur. & consequenter commune predicatum essentialiter, scilicet esse bonitatem. Manda quoque memoriae oppositionem & distinctionem horum trium, uirtutis, peccati, & malitia, ut possis intelligere sequentia.

Supra q. 68. ad 1. ad 2. & ueri. q. 14. rr. 6. & ad 2. uir. q. 1. art. 1. ad 1. & 5. & q. 2. art. 13. cor. 17.

CONSEQUENTER considerandum est de uitijs, & peccatis.

Circa que sex consideranda occurrunt. Primo quidem, de ipsis uitijs & peccatis secundum se. Secundo, de distinctione eorum. Tertio, de comparatione eorum ad inuicem. Quarto, de subiecto peccati. Quinto, de causa eius. Sexto, de effectu ipsius.

CIRCA primum queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

¶ Secundo, Vtrum uitium sit contra naturam.

¶ Tertio, Quid sit peius, utrum uitium, uel actus uitiosus.

¶ Quarto, Vtrum actus uitiosus possit esse simul cum uirtute.

¶ Quinto, Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.

¶ Sexto, De diffinitione peccati, quam Aug. ponit 22. contra Paulum, Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem aeternam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod uitium non contrarietur uirtuti. Vni enim non est contrarium, ut probatur in 10. Metaph. sed uirtuti contrariatur peccatum & malitia, non ergo contrariatur ei uitium, quia uitia di-

citur etiam si sit indebita dispositio membrorum corporaliu, & c. quatuor in que rerum.

¶ 2. Preter Virtus nominat quendam perfectionem potentie, sed uitium nihil nominat ad potentiam pertinet. ergo uitium non contrariatur uirtuti.

¶ 3. Preter Tullius dicit in 4. de Tusc. quod uirtutibus quod uirtus est quaedam sanitas animae: sanitati autem opponitur egritudo, uel morbus, magis quam uitium. ergo uirtuti non contrariatur uitium.

SECVNDO CONTRA est, quod dicit Aug. in li. de Perfectione iusticie, quod uitium est qualitas, secundum quam malus est animus: uirtus autem est qualitas, que facit bonum habentem, ut ex supradictis patet, ergo uitium contrariatur uirtuti.

RESPON. Dicendum, quod circa uirtutem duo possunt considerari: scilicet ipsam essentiam uirtutis, & id quod est uirtus. In essentia quidem uirtutis aliquid considerari potest directe, & aliquid ex consequenti. Directe quidem uirtus importat dispositionem quaedam alicuius conuenienter se habentis secundum modum suae naturae. Vnde Phil. dicit in 7. Phyl. quod uirtus est dispositio perfecta ad optimum, dico autem perfectam, quod est dispositum secundum naturam. ex consequenti autem sequitur, quod uirtus sit bonitas, & c. In hoc non consistit uirtus cuiusque rei bonitas, conuenienter se habet in modum suae naturae. Id autem quod uirtus ordinatur, est actus bonus, ut ex supradictis patet. Secundum hoc igitur tria inueniuntur opponi uirtuti, quorum unum est peccatum, quod opponitur sibi ex parte eius, ad quod uirtus ordinatur. Nam peccatum proprie nominatum inordinatum, sicut actus uirtutis est actus ordinatus, & debitus. Secundum autem quod ad rationem uirtutis conuenit, quod sit bonitas quaedam, opponitur uirtuti malitia, scilicet in id quod directe est de ratione uirtutis, opponitur uirtuti uitium. Vitium enim uirtuti cuiusque rei esse uidentur non sit disposita secundum quod conuenit suae naturae. Vnde Aug. dicit in 3. de lib. arb. Quod perfectio naturae deesse per se peris, id uoca uitium.

AD PRIMVM Dicendum, quod illa tria non contrariantur uirtuti secundum idem, sed peccatum uirtuti quidem contrariatur, secundum quod uirtuti est operatiua boni, malitia autem secundum quod est bonitas quaedam, uitium autem proprie secundum quod est uirtus.

AD SECVNDVM Dicendum, quod uirtus non solum importat perfectionem potentie, que est principium agendi: sed etiam importat debitam dispositionem eius, cuius est uirtus. & hoc idem, quia uirtus que operatur secundum quod actu est. Requiritur ergo quod aliquid sit in se bene dispositum, quod esse boni operatiuum, & secundum hoc uirtuti contrariatur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Tullius dicit in 4. de Tusc. q. Morbi, & agrotationes partes similitudinis. In corporibus enim morbum appellat corruptionem, puta febrem, uel aliquid in modum agrotationem uero morbum cum inbecillitate, uitium autem, cum partes corporis inter se cadunt. Et quamuis in corpore quandoque sit malitia sine agrotatione, puta, cum aliquid est interius male dispositum, non tamen exterius praepeditur a solitis operationibus. In animo tamen, ut ipse dicit, haec debens inordinatum affectum, quod ex hoc inbecillitas reddatur ad debitas operationes exercendas, quae quaeque arbor ex suo fructu cognoscitur, id est, quanto ex opere, ut dicitur Matth. 12. sed uitium